

Innocentius octavus: Ceterum ut eandem litterarum tenor
fideliter sic insertus omnimoda rei, seu facti certitudinem
faciat, apostolica auctoritate decernimus, ut illud ideo robur
eandemque, eundemque vigore deus tenor per omnia habeat, quod ha-
beret originale hinc supradictum, et et prorsus eodem tenore fideliter
adhibeat, quocumque et ubicumque, sine in iudicio, sine alibi ubi fu-
erit exhibitus, vel ostensus, et eodem tenore firmiter stet in omnibus
sic eisdem litteris originalibus staretur, si foret exhibitum vel ostense,
Per hoc autem nullum in quocumque de novo acquiri volumus, sed anti-
quam in modo consuetudinem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nostre constitutionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario
 contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit
incursurum. Datus Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice
1484. id est calendas junii, pontificatus nostri anno primo.

Innocentius episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Ma-
riano, de genezano congregationis Illuceti, et Tadeo
de sporegia congregationis lombardie nuncupate ordinationum
nostre frater heremitarum sancti Augustini salutem, et apostolicam benedictionem. Va-
cantibus sub religionis observantia, studio pie vite, apostolice fano-
ris presidium libenter impendimus, et in hiis quod solidatione status,
nec non perpetua pace et tranquillitate eorum respiciunt, nos eis gratiosos
et favorabiles exhibemus. Cupientes igitur, ut vos, et qui pro tempore
erunt vestre congregationis vicarii, et fratres si regulari observa-
tia altissimo famulantes, quos ideo ordo et habitus, ac eadem
regularis observantia divina opulente clementia fovet, pari-
bus favoribus, et apostolice sedis munificentia petamur. Vultis in

Privilegium
dedicationis p-
mlegiorum co-
luceti et lobac-
die. Innocentius
8:1